intestino correptus igne, in 85 pyram se conjecit, eâque conflagravit (*Metamorph. lib. 9.*) Anteà tamen sagittas suas, Hydræ Lerneæ 86 sanguine imbutas, 87 sine quibus Trojam capi non posse in fatis erat donavit Philoctetæ, Pœantis filio Philoctetes illas Trojam attulit, 88 ab Ulysse perductus, (*Metamorph. lib. 13.*). Censent eruditi tot res præclarè gestas nequaquam esse unius Herculis, sed multorum, 89 qui eodem nomine, non eodem loco ac tempore, vixerint: ac duos præsertim 90 statuunt, alterum Li

---

85. *Pyra, æ.*) Bucher.

86. *Sanguine imbutus, a, um.*) Teint de sang.

87. *Sine quibus Trojam capi non posse fatis erat*) Sans lesquelles on ne pouvoit prendre la ville de Troye, selon ce qui étoit marqué par les Destins.

88. *Ab Ulysse perductus.*) Mené, conduit par Ulysse, fils de Laërtes, & Roi d'Itaque.

89. *Qui eodem nomine, non eodem loco ac tempore vixerint.*) Qui ont tous porté le même nom, mais qui n'ont pas vécu dans le même tems, ni dans le même pays.

90. *Statuere, uo, ui, statutum.*)

cum, cui 91 adſcribunt pug-
m cum Antæo, cum Geryone,
m dracone Heſperio; diductam
ricam ab Hiſpaniâ, immiſſo fre-
Gaditano; 92 & ſi qua ſunt alia
ſta per Africam & Hiſpaniam:
erum Thebanum, cui reliqua 93
cinora tribuunt per Arcadiam,
loponeſum, & Phrygiam, ſpar-

---

fie dans cet endroit, admettre, diſtin-
:r.

,1. *Adſcribere, bo, pſi, ptum.*) At-
)u r.

92. *Et ſi qua ſunt alia geſta per Afri-
n & Hiſpaniam.*) Et toutes les autres
les actions qui ſe ſont faites en Afrique
en Eſpagne, s'il y en a encore quelques-
es.

3. *Facinus, oris.*) Belle action, action
atante.



CAPUT XVI.

THESEUS.

THESEUS, Ægei, regis Atheniensium, filius, 1 Herculi propinquus tempore & consanguintate fuit. Ejus fortitudo 2 eluxpræsertim in domandis tyrannis ac 3 dynastis, 4 qui potentia suam vexandis hominibus, & publicâ infelicitate metiebantur. (*Metamorph. lib.* 7.) Talis erat 5 Scron, qui prætereuntes in mare pra

1. *Herculi propinquus tempore, & cosanguin tate fuit.*) Thesée fut tout à la fo contemporain & parent d'Hercule.

2. *Elucere, es, uxi.*) Briller, éclater.

3. *Dynasta, æ.* mas.) Un grand, puissant Seigneur.

4. *Qui potentiam suam vexandis homibus, & publicâ infelicitate metiebantur* Qui faisoient consister toute leur grande à faire des malheureux, ou, qui ne croyoient puissans, qu'autant qu'ils f soient souffrir les peuples.

5. *Sciron.*) Insigne voleur dans pays d'Attique. La Fable dit que ses o

cipitab

...itabat : talis 6 Procustes, qui ...spites in suo ipsius lecto 7 sterbat, iisque pedum partem, 8 ...æ modum lecti excederet, 9 am...tabat ; aut 10 actis in diversa ...uis miseros distrahebat. Istis, 11 ...isque id genus profligatis, ad ...onstra quoque debellanda 12 cu... animumque vertit. Tria præci-

---

...ns furent chang's en des rochers qu'on ...elle encore aujourd'hui *Saxa Sciro-*...

. *Procustes.*) 'nsigne voleur dans le pays ...ttique.

. *Sternere, o, stravi, stratum.*) Eten-... coucher de son long.

Quæ modum lecti excederet.) Qui étoit ...s du lit.

. *A putare, o, tavi, atum.*) Cou-...

o. *Actis in diversa equis al quem dis-...here, o, xi, ctum.*) Faire tirer quel-...un par des chevaux que l'on fait al-... de différens côtés, c'est-à dire, écar-...r.

1. *Istis, a iisque id genus profligatis.*) ...rès avoir défait ces deux méchans hom-...s, & plusieurs autres du même carac-...e.

12 *Curas animumque vertere.*) S'appli-...er tout entier.

puè 13 sustulit : taurum 14 immanem, 15 qui Marathonium agrum fœdâ populatione deformabat aprum Calydonium, ab iratâ Diana immissum in 16 Æoliam : (*Metamorph. lib.* 8., & 17 Minotaurum, monstium ex homine tauroque 18 conflatum, cui devorando mittere quotannis septem pueros 19 sorte lectos, 20 cogebantur

13. *Tollere, o, sustuli, sublatum.*) Signifie ici, tuer, faire mourir.

14. *Immanis*, m. & f. *ne*, n.) Enorme, effroyable.

15. *Qui Marathonium agrum fœdâ populatione deformabat.* Qui faisoit de grands ravages, dégâts dans les campagnes de Marathon. Ces campagnes tirent leur nom de Marathon, aujourd'hui *Marathona*, petite ville d'Attique.

16 *Ætoliam.*) Etolie, ancienne Province de Grece, qui appartient aujourd'hui au Turc. Elle tire son nom d'Etole, fils d'Endymion.

17. *Minotaurum*) Minotaure, fils de Pasiphaë, femme de Minos Roi de Crete, à ce que feignent les Poètes.

18. *Conflatus, a, um.*) Composé, fait.

19. *Sorte lectus, a, um*) Choisi par sort.

20. *Cogi, or, coactus sum.*) Etre obligé, contraint.

henienſes : hac eos pœnâ victor
nos, rex Cretæ, cujus filium
drogeum interfecerant, 21 mul-
verat. (*Metamorph. lib.* 8.)

22 Inceſſit Theſeum cupido Mi-
tauri occidendi : venit in Cre-
n, & 23 monſtro perempto,
nois filiam 24 Ariadnen, cujus
e Labyrinthi ambages explicue-
, ſecum abſtulit : eam tamen,
nemor beneficii, deſeruit in in-
â 25 Naxo : 26 deſtitutam Bac-

---

1. *Pœnâ aliquem mulctare, o, avi, n.*) Condamner quelqu'un à une pei-

2 *Inceſſit Theſeum cupido Minotauri dendi.*) Le deſir de tuer le Minotaure ıpara du cœur de Theſée, ou, Théſée enflammé du deſir de tuer, &c.

3 *Monſtro perempto.*) Ayant tué ce ıſtre.

4. *Ariadnen.*) Ariadne donna à Theſée peloton de fil, & lui enſeigna de queile ıere, par le moyen de ce fil, il pour-ſortir du Labyrinthe.

5. *Naxos.*) Aujourd'hui *Naxia*, eſt Iſle de l'Archipel, & l'une des Cy-les. Il y croît d'excellens vins ; de là ıt que les Anciens l'avoient dédiée à chus.

6. *Deſtitutam Bacchus duxit.*) Bac-s épouſa cette Princeſſe abandonnée.

chus duxit. (*Metamorph. lib.* 8.
Navis, quâ 27 vehebatur in Cre
tam Theſeus, 28 nigris inſtruct
velis erat, 29 mutandis in alba
ſi rem bene geſſiſſet. Mutare no
meminit, 30 elatus lætitiâ victo
riæ. At Ægeus nigris velis 31 em
nùs aſpectis, periiſſe filium 32 ra
tus, 33 in mare ſe dedit præc
pitem, & Ægeo mari nomen feci
Pirithous, Theſſaliæ in eâdem Gra
ciâ rex, 34 accenſus invidiâ, c
res præclarè à Theſeo geſtas, ej
35 regionem infeſtis armis incu

---

27. *Vehi, or, vectus ſum.*) Etre port
28. *Nigris inſtructa velis erat.*) Av
des voiles noires.
29. *Mutandis in alba, ſi rem benè ge ſſet.*) Qu'il devoit changer en blanches,
cas qu'il réuſsît dans cette entrepriſe.
30. *Elatus lætitiâ victoriæ.*) Remp
tranſporté par la joie que lui donnoi
victoire qu'il venoit de remporter.
31. *Eminùs.*) De loin.
32. *Ratus.*) Croyant, s'imaginant.
33. *In mare ſe dare præcipitem*) Se p
cipiter dans la mer.
34. *Accenſus invidiâ.*) Piqué de
louſie.
35. *Regionem infeſtis armis incurſa*

rit, ut ad singulare certamen il-
m 36 eliceret. Nec recusavit The-
is. Sed ubi primùm est conspec-
s, Pirithoum 37 oris dignita-
, 38 comitate indolis, ita 39
vinxit sibi, ut amor invidiæ lo-
m occupaverit, & 40 animos at-
e arma æterno fœdere ambo jun-
rint. 41 Nec diù expectata fuit
casio amicitiæ sanciendæ. Cen-
uri cum vicinis 42 Lapithis in-
ati ad nuptias Pirithoi & Hip-

rcourir une Province les armes à la main, ant, ravageant tout.

36. *Elicere, io, cui, citum.*) Attirer, ager.

37. *Oris majestate.*) Par la majesté du age.

38. *Comitate indolis.*) Par la douceur son naturel.

39. *Aliquem sibi devincere, inxi, ine- n.*) Gagner l'affection de quelqu'un.

40. *Animos atque arma æterno fœde- jungere.*) Unir son cœur & ses ar- s par une eternelle & indissoluble al- nce.

41. *Nec diù expectata fuit occasio ami- iæ sanciendæ.*) L'occasion se présenta n tôt de se donner des marques réci- oques de leur amitié.

42. *Lapithæ, arum.*) Les Lapithes, uples de la Thessalie, qui tirent leur

podamiæ, 43 moverant rixam temulenti, 45 & ingentem Lapith rum cædem ediderant. (*Metamorp lib.* 12.) Erant Centauri 46 equ tes adeo ſtrenui, ut ſedentes equo, unum cum eo corpus confla viderentur. Illorum 47 protervia ac 48 libidinem Pirithoüs, Th ſeo adjuvante, ultus eſt, 49 ut p erat. Ambo deindè, annis antè excidium Trojæ quatuor & vigint Helenam rapuerunt, quæ à Caſto poſteà & Polluce fuit recupera

---

nom de Lapithe fille d'Apollon. Ils étoi extrêmement vains : de ſorte que po ſignifier un homme très orgueilleux, l diſoit : Il eſt plus arrogant qu'un La the.

43. *Rixam movere, eo, ovi, otum* Exciter une querelle.

44. *Temulentus, a, um.*) Etant iv dans le vin.

45. *Et ingentem Lapitharum cædem e derant.*) Et ils avoient maſſacré un gra nombre de Lapithes.

46. *Equites adeò ſtrenui.*) Si bons valiers.

47. *Protervia, æ.*) Inſolence, fierté

48. *Libido.*) Déſordre.

49. *Ut par erat.*) Comme il étoit ju raiſonnable.

50. *Excidium.*) Ruine, renverſemen

idem ad rapiendam Proserpinam, egis 51 Molossorum filiam, proecti sunt. Eam canis ferocissimus ustodiebat, quem Cerberum voabant; & 52 ab eo laceratus est Pirithoüs: Theseus à rege datus in ustodiam, 53 Herculis precibus oncessus est. Inde nata de inferis faula, quos Theseus, ut narrant Poetæ, diit cum Pirithoo, ut Proserpinam 4 abduceret. Pluto, recognitâ, eoum malitiâ, utrumque comprehenit, & 55 vinculis oneravit: in iis 56 æsit Pirithoüs, sive, ut alii narant, à Cerbero devoratus est. Theeum Hercules, cùm adiret inferos, iberavit, 57 & adjutorem habuit

---

51. *Molossorum.*] Peuples d'Epire.

52. *Ab eo laceratus est Pirithoüs.*) Pirithous en fut mis en pieces.

53. *Herculis precibus concessus est.*) Fut délivré par les prieres d'Hercule.

54. *Abducere, co, xi, ctum.*) Ravir, enlever.

55. *Vinculis aliquem onerare.*) Charger quelqu'un de chaînes, l'enchaîner.

56. *Hærere, eo, hæsi, hæsum.*) Demeurer.

57. *Et adjutorem habuit in suscepto contra Amazones bello.*) Et il l'eut pour compagnon dans la guerre qu'il entre-

in fuſcepto contra Amazones be
lo, quorum reginam Hppolyt
ipſi uxorem dedit. Ex câ Theſe
genuit Hippolytum, quem 58 Ph
dra, Minois filia, ſecundis nupt
Theſeo juncta, cùm aliter amai
ac par & honeſtum erat, accuſav
quaſi paternum temerare torum v
luiſſet. Theſeus Hippolitum 59 d
ris devovit, ac Neptunum filio ult
rem invocavit, à quo immiſſæ Ph
cæ, Hippolytum in maris litto
ſpatiantem, 60 curru excuſſerun
Mortuum Æſculapius revocavit
vitam: Diana tranſtulit in Italiam
& Virbium appellavit. (*Metamorp*

---

prit contre les Amazones.

58. *Phædra.*) Phedre, fille de Mino
épouſa en ſecondes noces Theſée. La te
dreſſe qu'elle eut pour ſon fils Hippolyt
paſſa les bornes de l'honnêteté & de
bienſéance. Cette Princeſſe voyant q
ſon fils ne vouloit point ſatisfaire ſes inc
nations, elle l'accuſa d'avoir voulu la d
honorer.

59. *Aliquem diris devovere.*) Mauc
re quelqu'un, le charger de malédi
tions.

60. *Aliquem curru excutere, tio, cuſ
cuſſum.*) Renverſer quelqu'un de ſ
char.

lib. 2. & 15.) Phædra, crimen confessa, 61 necem sibi attulit.

61. *Necem sibi afferre.*) Se tuer.

CAPUT XVII.

CASTOR ET POLLUX.

Castor, Pollux, Helena & Clytemnestra, 1 Ledam habuere matrem, uxorem Tyndari, 2 Oebaliæ regis in Græcia: sed Pollux & Helena, Jovem; Castor & Clytemnestra Tyndarum, 3 patrem sortiti sunt. Castor tamen & Pollux vulgò Tyndaridæ à Poetis vocantur: & amborum celebratur amicitia, quæ tanta extitit, ut Pollux, Jove scilicet natus immortalis, 4 suam immortalitatem impertiri fra-

1. *Ledam habuêre matrem.*) Eurent pour mere Léda.

2. *Oebaliæ.*) Oebalie, contrée du Peloponnese, fut ainsi nommée du Roi Oebalus.

3. *Patrem sortiri.*) Avoir pour pere.

4. *Ut suam immortalitatem impertiri*

tri non dubitaverit. 5 Annuit Jupiter ut alternis diebus alter viveret, alter moreretur; imò Caſtorem adoptavit, 6 in Pollucis gratiam, ita ut ambo appellarentur 7 promiſcuè Dioſcuri, hoc eſt Jovi filii, & inter ſidera collocarentur ubi tertium in 8 Zodiaco locum obtinent, 9 Geminique nuncupantur.

10 Honorem hunc tamen, niſi magnis in mortales promeritis conſecuti non ſunt, ac potiſſimùm

---

fratri non dubitaverit.) Qu'il ne fit point de difficulté de partager l'immortalité avec ſon frere.

5. *Annuit Juppiter.*) Jupiter voulut bien.

6. *In Pollucis gratiam.*) En faveur, en conſidération de Pollux.

7. *Promiſcuè.*) Indifféremment.

8. *Zodiacus, i.*) Le Zodiaque, cercle imaginé dans le Ciel, qui contient les douze Signes que le Soleil parcourt en un an dans ſa ligne Ecliptique.

9. *Geminique nuncupantur.*) Et on les appelle Jumeaux.

10. *Honorem hunc tamen, niſi magnis in mortales promeritis conſecuti non ſunt.*) Ils n'obtinrent cependant cet honneur, qu'après avoir rendu de ſignalés bienfaits aux hommes.

11 depellendis mari prædonibus, quam ob causam vota ipsis facere 12 nautæ consueverant, & agnos immolare candidos, cùm nigras oves Tempestatibus sacrificarent. 13 A Romanis quoque impensiùs culti sunt: apud quos viri 14 per ædem Pollucis jurabant, vulgò fœminæ, per ædem Castoris.

---

11. *Depellere mari prædones.*) Chasser de la mer les Pirates, les Corsaires

12. *Nautæ, arum.*) Les Nautonniers, les Marins.

13. *A Romanis impensiùs culti sunt.*) Ils furent particulierement honorés chez les Romains.

14. *Per ædem Pollucis.*) Par le Temple de Pollux.

CAPUT XVIII.

JASON ET ARGONAUTÆ.

1 ATHAMAS, Thebarum rex, arietem aureo insignem vellere donatum à Superis servabat domi,

---

1. *Athamas.*) Fils d'Eole.

2 familiæ Palladium (*Metamorph* *l.* 6. & 7.) Hunc Phryxus, Athamantis filius, 3 novercam Nephelen fugiens, asportavit, & ad Colchos delatum immolavit Jovi aureum autem vellus dedit Æetæ regi Colchorum, 5 à quo repositum in luco Marti sacro fuit, 6 additis, custodiæ causâ, tauris ignem spirantibus, & pervigili dracone. Hunc thesaurum eripere Col

2. *Familiæ Palladium.*) Le trésor de la famille de la maison. Ce mot *Palladium* veut dire dans sa propre signification, la statue de Pallas, mais les Anciens s'en servoient aussi pour signifier une chose qu leur étoit aussi chere qu'auroit pû être la statue de cette Déesse.

3. *Noverca.*) Belle-mere.

4. *Colchi, orum.*) Peuples de la Colchide, Province de l'Asie, aujourd'hui la Mingrelie.

5. *A quo repositum in luco Marti sacro fuit.*) Qui la mit dans un Bois consacré à Mars.

6. *Additis, custodiæ causâ, tauris ignem spirantibus, & pervigili dracone.*) Ayant mis pour garder cette toison d'or des taureaux qui vomissoient des flammes, avec un dragon furieux qui ne s'endormoit jamais.

ıis Jaſon 7 decrevit, filius Æſo-is, Theſſaliæ regis, 8 hortante atruo Peliâ, qui, fratris ſenio onfecti loco, 9 regnum adminiſ-ans, 10 donec ei regendo per tatem Jaſon par foret, eum in illâ xpeditione periturum ſperabat 11 aſon, vocatis in periculi & glo-æ ſocietatem ducibus Græciæ for-ſſimis, Hercule, Theſeo, Caſto-e, Polluce, Orpheo, Lynceo, 'yphi, &c. navim 12 Argo fabri-

---

7. *Decernere, o, crevi, cretum.*) Ré-oudre, prendre la réſolution.

8. *Hortante patruo Pe lâ*) Pouſſé, enga-;é par Pélias ſon oncle paternel.

9. *Regnum adminiſtrare*) Gouverner le Rouyaume.

10. *Donec ei regendo per ætatem Jaſon par foret.*) Juſqu'à ce que Jaſon fût en âge le le gouverner par lui-même.

11. *Jaſon vocatis in periculi & gloriæ ſocietatem ducibus Græciæ fortiſſimis.*) Jaſon ayant invité les plus grands Héros de la Grece à prendre part aux dangers & à la gloire de cette expédition.

12. *Argo.*) Navire des Argonautes: on lui donna ce nom, ſoit qu'il eût été inventé par un certain Argo ou Argus, comme le prétendent quelques uns, ſoit que la plûpart des Héros qui s'y embarquerent, fuſſent du pays d'Argos.

cavit, trabibus è Pelio monte sump tis, sive, ut alii tradunt, è 13 Dodonæâ silvâ, 14 cujus arbores voce præditæ, edebant oracula. 15 Typhis clavum regebat: Lynceus 16 oculis acutissimis valens, 17 brevia & scopulos detegebat: Nepheu navigationis 18 tædia levabat cantu; cæteri heroës, qui vulgò dicuntur Argonautæ, 19 remos agitabant. Solus Hercules cursum parumper retardabat, tùm quia pondere corporis 20 deprimebat na

---

13. *Dodonæâ Silvâ.*) Forêt consacrée à Jupiter, qui tire son nom d'une ville de Chaonie, nommée Dodone.

14. *Cujus arbores, voce præditæ, edebant oracula.*) Dont les arbres, qui avoien le don de parler, rendoient des oracles.

15. *Typhis clavum regebat.*) Typhis conduisoit le gouvernail, où étoit le pilote du navire.

16. *Lynceus oculis acutissimis valens.*) Lynceus qui avoit les yeux fort perçans.

17. *Brevia & scopulos detegere.*) Découvrir les bancs & les écueils.

18. *Tædia levare cantu.*) Charmer l'ennui par le chant.

19. *Remos agitare.*) Ramer.

20. *Deprimere, o, essi, essum.*) Enfoncer.

..m, tùm quia ingentem ſtomachum
..lli ſatis implebant cibi; 21 cùm
..e omnem, quæ condita in cadis
..rebatur, aquam hauſiſſet, miſit
.. Hylam, adoleſcentem ſibi ca-
..m, 23 ad petendas è vicino fon-
.. lymphas. 24 Lapſus in fontem
..ylas, ſive à Nymphis, ut Poëtis
..acet, raptus, (ſunt illæ fontium
..eæ) cùm non rediret, 25 exſcen-
..t Hercules, eum quæſiturus, ac
..cio moleſto vectores liberavit.
Navis hoc onere levata, Petras
..yaneas, quæ 26 Symplegades vo-

---

21. *Cùmque omnem, quæ condita in cadis ..ebatur, aquam hauſiſſet*) Et ayant bu ..ute l'eau que l'on portoit renfermée dans .. grands vaſes de terre, ou ayant conſom..é toute la proviſion d'eau.

22. *Hylas.*) Fils de Théodamas.

23. *Ad petendas è vicino fonte lymphas.*) ..ur chercher de l'eau dans la fontaine ..iſine

24. *Lapſus in fontem Hylas.*) Hylas ..ant tombé dans la fontaine.

25. *Exſcendere, o, i, ſum.*) Deſcen..e, mettre pied à terre.

26. *Symplegades.*) Appellés aujour..hui *le Pavonare*, ſont deux écueils près ..u Canal de la Mer Noire. Ils ſont ſi ..rès l'un de l'autre, qu'ils ſemblent ſe

cantur, 27 prætervecta, (*Metam. lib.* 7. & 15.) 28 & Pontum Euxinum feliciter emensa, Colchidem 29 attigit. Jason aureum vellus abstulit, adjuvante 30 Medeâ, (*Metamorph. lib.* 7.) quæ unâ cum illo fugiens in Thessaliam, 31 ut patrem Æetam persequentem moraretur, Absyrtum fratrem interfecit 32 ejusque membra, quà pater instabat, dissipavit, quæ 33 col

toucher. De-là vient qu'on les nomm *Symplegades.*

27. *Prætervehi, or, vectus sum.*) Passer

28. *Et Pontum Euxinum feliciter emen sa.*) Et ayant heureusement traversé l Pont Euxin : les François appellent aujourd'hui le Pont-Euxin, la Mer Noire, o Majeure.

29. *Attingere, o, igi, tactum.*) Abor der, arriver.

30. *Medea.*) Medée, fille d'Aëte, Ro de Colchos, fameuse Magicienne.

31. *Ut patrem Æetam persequentem mo raretur.*) Pour arrêter, amuser, retard son pere Aëte qui le poursuivoit.

32. *Ejusque membra, quà pater instabat dissipavit.*) Et sema le chemin par où so pere la poursuivoit des membres de so frere.

33. *Colligere, o, legi, lectum.*) R masser, recueillir.

ge

igens Æeta, illi 34 ſpatium fu-
;iendi dedit. 35 Ut Medea venit
aſonis domum, Æſonem ejus pa-
rem, annis & morbis gravem, in
riſtinum robur ac juventutem ar-
: magicâ reſtituit. (*Metamorp. lib.*
.) At Peliam, 36 deceptis ejus
liabus, jugulavit. (*Metamorph.*
b. 7.) Jaſon intereà 37 Corin-
ıum profectus ad Ocreontem Re-
:m, ejus filiam Creüſam adama-
it. 38 Medea ſe ſpretam furens,
9 arculam gemmis incantatis ple-

---

34 *Spatium fugiendi dare.*) Donner le
ms de fuir.

35. *Ut Medea venit Jaſonis domum, ſonem ejus patrem, annis & morbis gra- m, in priſtinum robur ac juventutem te magicâ reſtituit.*) Dès que Medée fut rivée chez Jaſon, elle rétablit par ſon : magique Eſon, déja caſſé de vieilleſſe abbatu par ſes infirmités, dans ſa pre- iere jeuneſſe & ſa premiere vigueur.

36. *Deceptis ejus filiabus.*) Ayant trom- , ſurpris ſes filles.

37. *Corinthum.*) Corinthe, ville capi- e de l'Achaïe, dans le Peloponneſe.

38. *Medea ſe ſpretam furens.*) Medee ınſportée de fureur de ſe voir mépri- :.

39. *Arculam gemmis incantatis plenam.*)

nam Creüsæ misit, quæ, igne concepto, ipsam & Creontem 40 absumpserunt. (*Metamorph. lib.* 7. 41 Medea post exprobratam Jason perfidiam, suscepto ex eo duo filios, 42 in ipsius conspectu, 4 mactavit, alatisque vecta draconi bus, Athenas evasit ad Ægeum Re gem, cui cùm 44 nupsisset, a Medum filium genuisset, conat est Theseum, Ægei filium, 45 medio tollere, veneno dato: se 46 deprehenso scelere, fugit i eam Asiæ partem, quæ ab ejus f lio 47 Media est nominata. (*M*

Une cassette pleine, remplie de perles e chantées, ensorcelées.

40. *Absumere, o, psi, ptum.*) Cons mer, réduire en poudre.

41. *Medea post exprobatam Jasoni pe fidiam.*) Medée après avoir reproché à J son sa perfidie, son infidélité.

42. *In ipsius conspectu.*) En sa présence à ses yeux.

43. *Mactarre, o, avi, atum.*) Egorge tuer.

44. *Nubere, o, nupsi, nuptum.*) Epo ser, se marier.

45. *E medio tollere.*) Faire mourir.

46. *Deprehenso scelere.*) Le crime aya été decouvert.

47. *Media.*) La Medie, grande Co

tamorph. lib. 7.) Argonautarum expeditionem 48 Chronologi 49 assignant 50 anno post conditum Ilium sexagesimo quarto; 51 antè ejus ἄξωσιν (stragem) septuagesimo nono.

---

tée de l'Asie.

48. *Chronologi.*) Les Chronologistes, ou Historiens.

49. *Assignare, o, avi, atum.*) Marquer.

50 *Anno post conditum Ilium sexagesimo quarto.*) Soixante-quatre ans après la fondation de Troye.

51. *Antè ejus ἄξωσιν* (stragem) septuagesimo nono.) Soixante & dix-neuf ans avant sa destruction.

CAPUT XIX.

CADMUS,

JUPITER 1 in taurum conversus; 2 Europen 3 Agenoris, Phæni-

---

1. *In taurum conversus.*) Transformé en Taureau,

2. *Europen.*) Europe ayant été ravie par Jupiter, vint dans ce Continent du monde, que nous appellons *Europe* de son nom.

3. *Agenoris.*) Fils de Belus Roi de Phénicie.

cum Regis filiam abduxerat in Cretam. (*Metamorph. lib.* 2). 4 Agenor ejus investigandæ negotium Cadmo filio dedit, 5 eumque, nisi repertâ sorore, domum redire vetuit. Cadmus pererratis frustrà variis orbis terrarum partibus, 6 oraculo Delphico jussus est in eo Græciæ loco consistere, ubi obvium haberet bovem, ibique urbem condere, (*Metamorph. lib.* 5.) Regionem, 7 Bœotiam; urbem, 8 Thebas appellavit.

---

4. *Agenor ejus investigandæ negotium Cadmo filio dedit.*) Agenor chargea son fils Cadmus de la chercher.

5. *Eumque, nisi repertâ sorore, domum redire vetuit.*) Et lui défendit de revenir à la maison qu'il n'eût trouvé sa sœur, ou qu'après avoir trouvé sa sœur.

6. *Oraculo Delphico jussus est in eo Græciæ loco consistere, ubi obvium haberet bovem.*) L'Oracle de Delphes lui ordonna de s'arrêter dans le lieu de la Grece où il rencontreroit un bœuf.

7. *Bœotiam.*) Beotie, Province de la Grece, dite aujourd'hui *Stramulipa*, est sous la domination du Turc.

8. *Thebas.*) Ville de Grece en Beotie appellée par Pindare *Heptapyle*, à cause de ses sept portes.

In eâ plures regnavit annos, do-
mesticis tamen calamitatibus 9 gra-
viter conflictatus. Ex ejus quippè
liberis Semele, cùm Jovem, ex
10 Bacchum edidit, videre fulmi-
nantem exoptasset, 11 ambusta ful-
mine periit : 12 Ino furentem vi-
rum suum Athamantem fugiens,
in mare se præcipitem dedit. (*Me-
tamor. lib.* 4.) 13 Agave Penthei
mater, filium 14 discerpsit. (*Me-
tamorph. lib.* 3.) Cadmus ipse The-
bis 15 pulsus ab 16 Amphione,
17 concessit ad 18 Illyrios cum con-

9. *Graviter conflictatus.*) Grandement
combatu, affligé.

10. *Liberi, orum.*) Enfans.

11. *Ambustus, a, um.*) Brûlé.

12. *Ino.*) Fille de Cadmus & d'Her-
mione.

13. *Agave.*) Fille de Cadmus & d'Her-
mione, & femme d'Echion.

14. *Discerpere, o, psi, ptum.*) Démem-
brer, mettre en pieces.

15. *Pulsus, a, um.*) Chassé.

16. *Amphion.*) Fils de Jupiter & d'An-
tiope.

17. *Concedere, essi, essum.*) S'en aller,
se retirer, se réfugier.

18. *Illyrics*) Grand Pays d'Europe,
compris aujourd'hui sous le nom d'Escla-
vonie, ou Dalmatie.

juge, ubi tædio calamitatum affec ti, 19 Diis miserantibus, in ser pentes ambo mutati sunt. (*Metan lib.* 4,

Amphion Thebanæ civitatis mu ros 20 condidit, 21 convenienti bus ad sonitum lyræ saxis, septem que in eâ portas aperuit. Hanc Ale xander 22 delevit, 23 Pinda tamen familiæ ac domicilio parc tum uni voluit. Alia urbs fuit eju dem nominis in Ægypto, 24 cen tum portis patens, à quâ regio v

---

19. *Diis miserantibus.*) Les Dieux aya compassion, ou étant touchés de leurs ma heurs.

20. *Condere, o, didi, ditum.*) Bâtir

21. *Convenientibus ad sonitum lyræ s xis.*) Les pierres venant se placer, s'arra ger au son de sa lyre.

22. *Delere, eo, evi, etum.*) Détruire renverser de fond en comble.

23. *Pindari tamen familiæ ac domicil parcitum uni voluit.*) Il voulut qu'o conservât seulement la famille & la ma son de Pindare, ou, il voulut cependa qu'on fît grace au seul Pindare & à toute famille. Pindare est un Poète Grec nat de Thebes, & le Prince de la Poésie L rique.

24. *Centum portis patens.*) Qui avo cent portes.

na cognomen Thebaidis habuit : ia in Ciliciâ , 25 Andromaches itriâ , quam Græci Trojanum ad ellum proficiſcentes, 26 vaſtave-int.

25. *Andromache , es.*) Andromaque , mme d'Hector.
26. *Vaſtare.*) Ravager , déſoler , rui-r.

CAPUT XX.

ŒDIPUS.

LAIUS, Thebarum Rex , cùm audiviſſet ſe periturum à filio, Jocaſtæ uxori 3 præcepit , ut na-m infantem 4 jugularet. 5 Aver-

1. *Laïus.*) Fils de Labdacus , Roi de iebes.
2. *Jocaſtæ.*) Jocaſte , fille de Créon.
3. *Præcipere , io , cepi , ptum.*) Ordon-r , commander.
4. *Jugulare , o , avi , atum.*) Egor-r.
5. *Averſata facinus mater.*) La mere ant horreur de ce crime.

ſata facinus mater, occidendun puerum tradidit militi; miles pue ruli lacrymis & 6 liberali form 7 motus, 8 eum ex arbore ſuſpendi pedibus, 9 quos fune ſeu vimir in calces indito, trajecerat. Suſper ſum vidit 10 magiſter armentorui Polybii, Corinthiorum Regis, 1 & Reginæ, liberis carenti, obtulii quæ puerum 12 aluit pro ſuo, 1 Œdipumque dixit à pedum tumore quos inflatos & tumentes retineba

6. *Liberalis formæ.*) Viſage de be phyſionomie, de bonne mine.

7. *Motus, a, um.*) Touché.

8. *Eum ex arbore ſuſpendit pedibus.*) le ſuſpendit par les pieds à un arbre.

9. *Quos fune ſeu vimine in calces in to, trajecerat.*) Qu'il perça de part part, en faiſant paſſer par les talons u corde, ou des branches d'oſier.

10. *Magiſter armentorum*) Pâtre gros bétail, ou bouvier.

11. *Et Reginæ, liberis carenti, obtul* Et le préſenta à la Reine qui n'avoit poi d'enfans.

12. *Alere, o, ui, alitum & altum* Nourir, élever.

13. *Œdipumque dixit à pedum tumore* Et l'appella Œdipe, à cauſe de l'enflure ſes pieds.

Et

Ætate provectus 14 comperit neuaquam Polybii se esse filium ; oraulum consuluit, ab eoque didicit iturum ut patrem in 15 Phocide periret. 16 Illùc profectus Laium, seditione populari sedandâ labontem, imprudens peremit, ac hebas rediit. Erat non procul ab be Sphinx, monstrum ingeniom, virgineo capite, corpore cano, alis draconis & caudâ, pebus leonis & unguibus, insigne. ætereuntibus ænigma proponet, 17 eosque, nisi objectum nom solverent, devorabat. Hinc gionis 18 vastitas, & urbis soudo, ad quem nemo poterat ad-

---

14. *Comperire, io, peri, pertum*) Apndre, découvrir.

15. *Phocide.*) Province de la Grece, :re la Béotie & l'Etolie.

16. *Illuc profectus Laium, in seditione ulari sedandâ laborantem, imprudens emit.*) Etant parti pour s'y rendre, il par mégarde Laïus qui travailloit à apser une sédition populaire.

17 *Eosque, nisi objectum nodum solveit, devorabat.*) Et il les dévoroit, s'ils la devinoient point.

18. *Vastitas, atis.*) Désolation, ruine.

ſpirare. Creon, Jocaſtæ frater, 19 qui Laio mortuo regnum Thebanum occupaverat, 20 præconis voce per univerſam Græciam edixi fore ut regnum & Jocaſtam, Lai uxorem, illi traderet, quicumqu propoſitum ænigma poſſet explica re. *Quodnam animal eſt*, inquie bat Sphinx, *manè* 21 *quadrupes ſub meridiem bipes, &* 22 *veſpe. tripes*? Œdipus, 23 tanto præmi invitatus, reſpondit animal iſtu hominem ipſum eſſe, qui pedibu manibuſque 24 reptat ab infantiâ 25 binis pedibus nititur vir; 26 ſ

19. *Qui Laio mortuo regnum Theban occupaverat.*) Qui s'étoit emparé du Roya me de Thebes depuis la mort de Laïus.

20. *Præconis voce edic-re, co, ixi, tum.*) Faire, publier par des Héraut ou crieurs publics.

21. *Quadrupes.*) Qui a quatre pieds.

22. *Veſperè.*) Sur le ſoir.

23. *Tanto præmio invitatus.*) Attir animé par une ſi grande récompenſe.

24. *Reptare, o, avi, atum.*) Se tr ner.

25. *Binis ped bus nititur vir.*) Qui d. l'âge viril ſe ſoutient ſur les deux pieds.

26. *Senex baculo, quaſi tertio pe*

ex baculo, quasi tertio pede, ılcitur. (*Metamorph. lib.* 7.) Hoc :sponso victa Sphinx, præcipitem : in mare projecit, & regnum ıetu liberatum, ac Jocastam Œdio reliquit. 27 Ex eâ Eteoclem : Polynicem, itemque Antigonem : Ismenam tulit, 28 nec priùs ıatrem esse suam cognovit, quàm ttâ pestilentiâ 29 vates pronunaſſent immissam pestem 30 à Su:ris Laii necem vindicantibus, :c 31 desituram, 32 nisi exularet

---

l.itur.) Qui dans sa vieillesse s'appuie sur ı bâton, qui lui sert comme d'un troisiee pied.

27 *Ex eâ Eteoclem, & Polynicem, :mque Antigonem & Ismenam tulit.*) Il eut Etéocle, Polynice, Antigone & Is:ne

28. *Nec priùs matrem esse suam cognot, quàm ortâ pestilentiâ, &c.*) Il ne rennut que c'étoit sa mere, que lorsque la ste étant survenue, &c.

29. *Vates.*) Les Devins.

30. *A Super s Laii necem vindicantibus.*) :r les Dieux en punition de la mort de ïus

31 *Desinere, o, ivi, & sii, situm.*) :sser.

32. *Nisi exularet is, à quo Laius cæs fuisset.*) Si on n'exiloit le meurtrier

is, à quo Laius cæſus fuiſſet. Compertum deniquè fuit 33 cædis auctorem Œdipum eſſe, eumdemqu matrem habere in matrimonic 34 His attonitus infelix, oculc eruit ſibi, & in voluntarium exilium diſcedens, 35 regnum Etec cli & Polynici adminiſtrandum re liquit.

---

de Laïus, ou celui par qui Laïus avoit é tué.

33. *Cædis auctor*) Le meurtrier.

34. *His attonitus infelix, oculos er ſibi.*) Cet infortuné Prince étonné, int dit de toutes ces choſes, s'arracha les yeı

35. *Regnum Eteocli & Polynici adn niſtrandum reliquit.*) Laiſſa le gouver. ment du Royaume à Eteocle & polynice.



CAPUT XXI.

ETEOCLES, ET POLYNICES.

Eteocles & Polynices, Œdipi filii, 1 ne paternum regnum dividendo debilitarent, 2 satiùs duxerunt, illud integrum, sed alternis annis, possidere. Eteocles, 3 ut major natu, primus regnavit anno uno: sed eo 4 elapso, fratrem, 5 contrà quàm convenerat, 6 solio exclusit. (*Metamor. lib.* 9.) 7 Hæc

---

1. *Ne paternum regnum dividendo debilitarent.*) De peur d'affoiblir le Royaume qu'ils avoient reçu de leur pere, en le partageant.

2. *Satiùs ducere, o, xi, ctum.*) Juger plus à propos.

3. *Ut major natu.*) Comme aîné, en qualité d'aîné.

4. *Elabi, or, elapsus sum.*) Ecouler, passer.

5. *Contrà quàm convenerat.*) Contre ce dont il étoit convenu.

6. *Solio excludere, do, si, sum.*) Chasser du Trône.

7. *Hæc belli Thebani à Poëtis, præsertim à Statio, decantati, causa.* Voilà

belli Thebani, à Poëtis, præsertim à Statio, decantati, causa. Polynices enim 8 omnem Græciam in arma excivit, 9 adscito in fœdus Adrasto Argivorum Rege. 10 Tiresias fausta omnia Thebanis promittebat, si Menœcus, Creontis filius ultimus Cadmi posterorum, 11 se pro patriâ devoveret. 12 Nec dubitavit fortis adolescens, invito patre, 13 procurrere in conspectum

---

la cause de cette guerre de Thebes tan vantée par les Poètes, & en particulier p Stace.

8. *Omnem Græciam in arma excire, ieo civi, citum.*) Inviter la Grece entiere prendre les armes.

9. *Adscito in fœdus Adrasto.*) Aya engagé Adraste dans ses intérêts, ou aya fait une alliance avec Adraste.

10. *Tiresias fausta omnia Thebanis p mittebat.*) Tiresias assuroit que tout ré siroit aux Thebains, ou promettoit a Thebains une victoire complette,

11. *Se pro patriâ devovere, eo, vo votum.*) Se sacrifier, s'immoler pour bien de la patrie.

12. *Nec dubitavit fortis adolescens.*) brave, ce généreux jeune homme ne lança, n'hésita pas un moment.

13. *Procurrere in conspectum hostium.*) présenter promptement aux ennemis, c rir au-devant des ennemis.

ostium, & 14 cruore suo, voluntaria victima, litare.

15 Hinc secunda omnia Thebanis cesserunt. Multi hostium duces, potissimùm 16 Tydeus, Parthenopæus, 17 Capanæus, 18 Amphiaraus, 19 maximis jactati periculis periêre. 20 Ad extremum ambo

---

14. *Cruore suo litare.*) Faire un sacrifice de son sang, ou offrir son sang en sacrifice.

15. *Hinc secunda omnia Thebanis cesserunt.*) Delà vient que toutes choses réussirent à l'avantage des Thebains.

16. *Tydeus.*) Tydée, fils d'Oenée, Roi de Calydon & d'Euribée, ayant été chassé de sa patrie, pour avoir tué sans y penser, son frere Menalippe, se réfugia vers Adraste Roi d'Argos, dont il épousa la fille nommée Diphile.

17. *Capanæus.*) Capanée, fameux Capitaine Argien, qui accompagna Polynice au siege de Thebes, & fut le premier à escalader les murailles de cette ville, dont les habitans l'assommerent à coups de pierres.

18. *Amphiaraus.*) Fils de Lynus & d'Hypermnestre, avoit le don de connoître les choses à venir.

19. *Maximis periculis jactati.*) Ayant essuyé de très grands dangers.

20. *Ad extremum.*) Enfin.

fratres, crudeli bello 21 finem imponere singulari certamine 22 aggressi, 23 alter alterius manu ceciderunt. 24 Nec ipsa mors odium illorum internecinum exstinxit: in eumdem quippè rogum conjectis cadaveribus, 25 flamma sponte divisa, vivere in ipsis mortuorum fratrum cineribus inimicitias demonstravit. Creon, exstinctis Œdipo ejusque filiis, regnum, quod ipsi sponte concesserat, recepit. Ereptum rogo Polynicis corpus & inhumatum projecit. Antigonem, fratris ossa conatam sepelire, 26 vi

---

21. *Finem imponere.*) Mettre fin, terminer.

22. *Aggredi, dior. essus sum.*) Entreprendre.

23. *Alter alterius manu ceciderunt.*) Ils se tuerent l'un l'autre.

24. *Nec ipsa mors odium illorum internecinum exstinxit.*) La mort même ne put éteindre leur implacable haine.

25. *Flamma sponte divisa, vivere in ipsis mortuorum fratrum cineribus inimicitias demonstravit.*) La flamme se divisant d'elle même, fit connoître que les cendres de ces deux freres étoient animées, même après leur mort, de leur ancienne haine.

26. *Vivam humo jussit infodi.*) Il or-

'am humo jussit infodi : sed ipsa upplicium, 27 elisis faucibus, 28 ntevertit. At Hemon, Creontis fiius, qui Antigonem sponsam opaverat, 29 ensem sibi adegit in ectus: 30 Eurydice, Creontis uxor, antum filii obitu luctum hausit, ut nortem sibi consciverit. Hanc regiæ ladem 31 Sophocles in scenam ùm protulisset, tam suavi commiratione affecit spectatores, ut inılæ 32 Sami 33 præfecturâ donaıs fuerit.

---

onna qu'Antigonne fût enterrée toute ive.

27. *Elisis faucibus.*) En s'étranglant.

28. *Antevertere, to, ti, sum.*) Prévenir.

29. *Ensem in pectus sibi adigere, go, gi, actum.*) S'enfoncer le poignard dans sein, se percer le sein d'un coup de oignard.

30. *Eurydice, Creontis uxor, tantum lii obitu luctum hausit, &c.*) Eurydice mme de Créon conçut tant de chagrin de mort de son fils, que, &c.

31. *Sophocles.*) Poëte Grec, qui inventa Tragédie.

32. *Samos, i.*) Samos, une des Isles oradcs, à la côte de l'Asie Mineure.

33. *Præfectura, æ.*) Gouvernement.

CAPUT XXII.

TANTALUS.

1. NON levioribus infortunii familia Tantali, Regis Phrygiæ, 2 concidit. Prima calamitatum 3 origo, impietas ipsius Tantali fuit. Jovem, 4 à quo genus ducebat, cum cæteris Diis domi suæ acceperat. 5 Eorum divinitatem u probaret, Pelopem suum filium in frusta concisum, & 7 elixum illis 8 apposuit. (*Metamorph. lib.* 6

1. *Non levius infortunium, ii.*) Un aussi grand malheur.

2. *Concidere, o, idi.*) Tomber, périr

3. *Origo, inis.*) Source, origine.

4. *A quo genus ducebat.*) Dont il tiroit son origine, son extraction, ou dont descendoit.

5. *Eorum divinitatem ut probaret.*) Afin d'éprouver, ou de connoître s'ils étoient Dieux.

6. *In frusta concisus, a, um.*) Coupé par morceaux.

7. *Elixus, a, um.*) Cuit, ou bouilli dans l'eau.

8. *Apponere, o, sui, situm.*) Servir présenter pour mets.

Ceres paulò reliquis avidior, 10 humerum Pelopis absumpsit; 11 Alii ferales epulas detestati, Tantalum 12 in Tartara detruserunt, 13 ubi mediis undis sitit, & alludentibus ori pomis, fame cruciatur. (*Metamorph. lib.* 4.) Pelopem deindè in vitam revocaverunt, eductum ex inferis per Mercurium ejus animâ, & 14 membris ità repara-

9. *Ceres paulò reliquis avidior.*) Cerès un peu plus gourmande que les autres, ou qui avoit un peu plus d'appétit que les autres.

10. *Humerus, i.*) Epaule.

11. *Alii ferales epulas detestati.*) Les autres ayant horreur d'un si détestable repas.

12. *In tartara detrudere, do, usi, usum.*) Précipiter dans les enfers.

13. *Ubi mediis in undis sitit, & alludentibus ori pomis, fame cruciatur.*) Où il est tourmenté de la soif au milieu même des eaux, & de la faim au milieu d'une multitude de fruits qui viennent toucher sa bouche.

14. *Membris ità reparatis, ut humerus eburneus, in ejus locum, qui à Cerere comesus fuerat, substitueretur.*) Ayant raccommodé, rajusté tous ses membres, ensorte cependant qu'ils lui donnerent une épaule d'ivoire, à la place de celle que Cerès avoit mangée.

tis, ut humerus eburneus, in ej locum, qui à Cerere comesus fu rat, substitueretur. (*Metamorp lib.* 6.) Niobe, Tantali filia, p ternam impietatem imitata, du Latonam contemnit, numerosa amisit sobolem, 15 telis Apollin ac Dianæ confixam, & 16 ip dolore amens, 17 in saxum dir guit. (*Metamorph. lib.* 6.) Pelo Phrygiam tot cladibus suorum f nestam deserens, venit in Elidem & 18 Hippodamiam, Oenom Regis filiam, uxorem ab ejus pat postulavit. Oenomaus mortem fil à genero afferendam 19 admonitu

15. *Telis confixus, a, um.*) Percé d traits.

16. *Et ipsa dolore amens.*) Et la do leur lui ayant fait perdre à elle-même l raison.

17. *In saxum dirigere, eo, ui.*) Etr changé en rocher, ou devenir roide com me un rocher.

18. *Et Hippodamiam Oenomai Regis f liam, uxorem ab ejus patre postulavit.*) E demanda au Roi Oenomaus sa fille Hippo damie en mariage.

19. *Admonitus, a, um.*) Ayant été aver ti, ayant appris.

o eam filiæ procis conditionem
ropofuerat, ut curuli certamine fe-
ım decertarent, 21 eâ potituri, fi
incerent: perituri, fi vincerentur.
22 Accepit conditionem Pelops,
3 & Regem vinci aliter, quàm do-
, non poffe intelligens, 24 egit
ım Myrtilo, ejus 25 aurigâ, 26
: ferrum tolleret, quod axi extre-

---

20. *Eam filiæ procis conditionem propo-erat, ut curuli certamine fecum decerta-nt.*) Il propofa à ceux qui demandoient fille en mariage, de combattre contre lui la courfe.

21. *Eâ potituri, fi vincerent; perituri, vincerentur.*) Et leur promit qu'ils l'au-ient, s'ils étoient victorieux; mais en ıême tems qu'ils perdroient la vie, s'ils oient vaincus.

22. *Accepit conditionem Pelops.*) Pelops :cepta la condition.

23. *Et regem vinci aliter, quàm dolo, on poffe intelligens.*) Et voyant bien qu'il pouvoit l'emporter fur le Roi que par lreffe,

24. *Agere cum aliquo.*) Parler avec quel-u'un, traiter avec lui.

25. *Auriga, æ.*) Cocher.

26. *Ut ferrum tolleret, quod axi extre-o, rotarum modiolis inferto, infigitur, afque ne effluant, continet.*) Pour l'en-ager à ôter la cheville de fer attachée u bout de l'effieu, & qui retient les roues

mo, rotarum modiolis inserto, infi gitur, easque, ne effluant, con tinet. 27 Excussus hunc in modum curru Oenomaus, fractis cervicibus cum vitâ victoriam & regnum ami sit. Pelops regno dotali potitus, Pe loponneso nomen dedit, felix concordes habere filios, Atreum & Thyestem potuisset! 28 Sed fra trum discordia tantò solet esse gra vior, quantò sanctior amicitia es deberet. 29 Thyestes uxorem fratr temeravit: Atreus Thyestæ filios 30 inscio patre, interfectos, eide

---

dans la situation où elles doivent être.

27. *Excussus hunc in modum curru O nomaus, fractis cervicibus, cum vitâ vi ctoriam & regnum amisit.*) Oenomaus ai si renversé de son char, se fracassa la t te, & perdit avec la vie la victoire & s Royaume.

28. *Sed fratrum discordia tantò solet e gravior, quantò sanctior amicitia esse d beret.*) Mais les freres poussent ordinai ment leur haine d'autant plus loin, q leur union devroit être plus inviolable.

29 *Thyestes uxorem fratris temeravit* Thyeste deshonora la femme de son fre

30. *Inscio patre.*) A l'insu du pere, sans que le pere en sût rien.

pulandos præbuit. 31 Supererat hyestæ filius nothus, qui perire 32 atim ab ortu jussus, à pastoribus imen servatus, & 33 lacte caprino utritus fuerat, undè nomen illi Ægystheus factum. Hic Atreum 34 obtruncavit : 35 Agamemnonem, trei filium, è Trojano reversum ello sustulit, consciâ & adjuvante, uam sibi malè devinxerat, Clymnestrâ conjuge Agamemnonis. inc 36 fœcunda tragœdiarum seges.

---

31. *Supererat Thyestæ filius nothus..*) restoit encore à Thyeste un fils naturel.

32. *Statim ab ortu.*) Aussitôt après sa aissance.

33. *Lac caprinum.*) Lait de chevre.

34. *Obtruncare aliquem*) Couper la tête quelqu'un, le décapiter.

35. *Agamemnonem, Atrei filium, è Trono reversum bello sustulit, consciâ & ljuvante, quam sibi malè devinxerat, ytemnestrâ, conjuge Agamemnonis.*) Il a Agamemnon, fils d'Atrée, à son reur de la Guerre de Troye, per le moyen Clytemnestre femme du même Agaemnon, qu'il avoit seduite.

36. *Fœcunda tragœdiarum seges.*) Ame matiere de tragédies.

CAPUT XXIII.

TROJANI REGES.

IN eâ Phrygiæ parte, quæ 1 Bof phorum Thracium respicit, Trojam Dardanus, Jovis & Electr filius condidit, è 3 Thusciâ fugien occiso fratre, qui cum in hâc Itali parte regnabat. 4 Rerum in Troa potiebatur Teucer, qui Dardanu 5 generum adscivit, cumque il Trojæ 6 fundamenta jecit, 7 anr

1. *Bosphorus Thracias.*) Le Bosphore Thrace, ou Détroit de Constantinopl qui sépare l'Europe de l'Asie, & qui jo la Mer Egée avec la Mer Noire.

2. *Trojam Dardanus Jovis & Electræ lius condidit.*) Dardanus fils de Jupiter d'Electre, bâtit la ville de Troye.

3. *Tuscia, æ.*) La Toscane, contrée d talie.

4. *Rerum in Troade tunc potiebatur T cer.*) Teucer regnoit en ce tems-là dans Troade.

5. *Generum adscire, io, ivi, itum* Prendre pour gendre.

6. *Fundamenta jacere, io, jeci, jactu* Jetter les fondemens.

7. *Annis antè natam Romam ferè j*

antè natam Romam ferè septingentis. Dardano successit Ericthonius filius, Ericthonio Tros, qui Trojam de suo appellavit nomine. Trois filius fuit Ganymedes, à Jove raptus. (*Metamorph. lib.* 10.) Item Assaracus, ex quo genitus est Capys, Anchisæ pater : demùm Ilus, qui paternum adeptus regnum, Trojam Ilium vocari jussit.

Ilo successit filius Laomedon, 9 quem Hercules vitâ regnoque spoliavit, abducto ejus filio, (*Metamorph.lib.* 11.) qui 10 à Trojanis redemptus indè Priami nomen consecutus est, cùm anteà Polarces dicebatur. Priamus 11 patri suffectus 12

---

ngentis.) Presque sept cens ans avant la fondation de Rome.

8. *Qui paternum adeptus regnum, Trojam Ilium vocari jussit.*) Qui étant sur le trône de son pere, ordonna qu'on appellât la ville de Troye, Ilion.

9. *Quem Hercules vitâ regnoque spoliavit.*) A qui Hercule ôta la vie & le Royaume, après avoir enlevé son fils.

10. *A Trojanis redemptus.*) Ayant été racheté par les Troyens.

11. *Patri suffectus.*) Mis à la place de son pere.

12. *Turribus arcibusque urbem munire.*)

